

Danz  
syr.

antioch. s. maron.

redd. Mylius

1751

DC 1296 <sup>2</sup>

Thorbucke

A

L

E

IN

M

St



ܐܕܝܬܘܫܝܐ ܣܝܪܝܐ

S I V E

ADITVS SYRIAE  
RECLVSVS,

COMPENDIOSE DVCENS

A D

P L E N A M

LINGVAE SYRIACAE

ANTIOCHENAE, SEV MARONITICAE

COGNITIONEM,

IVXTA VIAM

L I T E R A T O R I S  
EBRÆO-CHALDÆI DANZIANI

OPERA

IOH. ANDR. DANZII.

EDITIO NOVISSIMA.

INNVMERIS IN LOCIS CORRECTIOR  
ET EMENDATIOR REDDITA

A

M. IOH. CHRISTOPH. MYLIO,

BIBLIOTH. ACAD. IENENS. PRAEFECTO ET  
ORDIN. PHILOSOPH. ADIVNCTO.

*Cum Privilegio Sacr. Caesar. Majestatis.*

---

FRANCOFURTI AD MOENUM,


Sumtu DAN. CHRISTIANI HECHTELII.

M D C C L I.

HEINRICH THORDECKE







LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

IOH. ANDR. DANZ.



Uamvis *Syriacæ* linguæ  
Dialectus, quam hic  
trado, vix ea sit, quam  
venerabili Salvatoris  
ore, voceque Patris, cœlitus ingemi-  
nata, consecratam haud pauci exi-  
stimant. Ea quippe non immerito  
usus creditur, quæ tum temporis  
suæ, in qua degebat, genti erat ver-

A 2      nacula.

nacula. Sed hanc *Jonathanis* exhibent ac *Onkelosi* Translationes, circa eadem propemodum exarata tempora. Proin multæ voces N. T. approbant, Salvatoris linguam non caruisse nota, literam duplicante (a). Neque ante *jod*, in fine serviens (b), omittebat vocalem cognatam. Adstantibus etiam cruci Christi, hoc *Deum* inclamante, suspicionem præbuit; advocatum esse *Eliam* (c). Quæ omnia Maronitarum Dialecto neutiquam conveniunt. Nec horum voces *Gephiphto* (d), *Gogulto* (e), *Moranetho* (f) *Chekaldemo* (g), *Jau-  
seph*

(a) Matth. 6, 24. Luc. 16, 9. II. 13. *μαμμωνᾶ*. Marc. 14, 36. *ἄββα* c. 7, 34. *ἐφθαθά*. Matth. 23, 7-8. &c. *ῥαββί*. Marc. 10, 51. *ῥαββανί*, vel Joh. 20, 16. *ῥαββανί*. Joh. 19, 13. *γαββαθά*. (b) in citatis *ῥαββί* & *ῥαββανί*, item Marc. 5, 41. *κῆρι*. Matth. 27, 46. *ἦλὶ ἦλὶ λαμὰ σαβαχθανί*. Vid. Marc. 15, 36. (c) Matth. 27, 47. (d) Joh. 19, 13. (e) Matth. 17, 33. (f) I Cor. 16, 22. (g) Act. 1, 19.

*seph* &c. ex asse conspirant cum  
 γαββαθα̃, γολγοθα̃, μαρὰν ἀθα̃,  
 ἀκελδαμα̃, ἰωσηφ, aliisque pas-  
 sim exstantibus. Sunt tamen ni-  
 hilominus plura alia, quæ eandem  
 omnibus reddunt commendatissi-  
 mam. Sacra in eadem peragunt di-  
 versarum sectarum Christiani, per  
 maximam Orientis partem (h);  
 etiam vbi vulgaris lingua Turcica,  
 vel Arabica, aut alia quæcunque  
 obtinet. Hinc multa ad explicatio-  
 nem Scripturæ, plura ad intimio-  
 rem historiæ ecclesiasticæ notitiam  
 facientia, exinde hauriuntur felicif-  
 sime. Prostat gemina vtriusque Te-  
 stamenti Versio, antiqua ac recen-  
 tior. Quarum illa, si non ex sen-  
 A 3 tentia

(h) e *Brereewoodo* longum istorum Catalogum re-  
 censet *Walton.* App. Bibl. Proleg. 13. §. 2,



tentia *Soadedi*, Episcopi Hadethien-  
 sis (i), maxima sui parte *Salomonis*  
 tempore cula, in gratiam Hiram,  
 Regis Tyrii (k); certe proximis  
 post Christi ascensionem tempori-  
 bus, vna cum ea, quæ in N. T. ex-  
 stat, fuit confecta. Syri hanc ad  
 dies *Abgari*, Aurhi Regis, referunt:  
 vna procurante eam *Thaddæo*, Apo-  
 stolo, interpretes statuunt plures.  
 Alii tamen solum *Marcum* autorem  
 faciunt. In eo consentiunt omnes,  
 interrupta & constanti Orientalium  
 traditione adducti, quod viuentibus  
 adhuc Apostolis, ab istiusmodi viris  
 sit confecta, qui Apostolos docentes  
 audiuerint: a quibus in locis dubiis  
 verum

---

(i) citati a *Sionita* Præf. in Psal. Syr. (k) ob ra-  
 tiones plurimas, adductas a *Waltono* l. c. §. 15. Conf.  
 etiam *Bochartus* ad Isaac. Vossium de Versionis Sy-  
 riacæ nouitate, in *Geograph. Sacr.* col. 858. seq.



verum sensum explorare potuerint, & ipsa Saluatoris verba, quantum per idioma licuit, restituere. Propterea tantum semper in Ecclesia autoritatis obtinuit, vt dissentientibus inter se Codicibus græcis, ab eius ordinarie starent arbitrio. Vt adeo nemini latere debeat, quantum hodiernum in locis difficilioribus inde sperare queat emolumentum. Ob quod solum digna foret hæc lingua, quæ ab vnoquoque, Theologiæ mancipato, addisceretur auide. Enim vero præter hoc, aliquid amplius eam commendat. Intrepide quippe dixerim, nec *Novum Testamentum græce*, nec *Vetus Ebraice*, plane ac perfecte intelligi posse, sine adiumento linguæ Syriacæ. Vt enim ibi non urgeam voces *ταλιθα*

(a) ταβιθα (b) βοανεργές (c). Ipsa *phrasologia* passim vsque eo sapit Syriacum, vt eruditissimus *Dieu* (d), non dubitarit asserere: *Phrasin Evangelistarum & Apostolorum* *gracam esse, nemo Atticus dixerit. Facilius Europæis foret, Platonis Aristotelisque elegantiam imitari, quam Platoni Aristotelive N. T. nobis interpretari. Quid ita? quia sancti viri Syriace conceperunt, quæ græce scripserunt, & lingua vernacula emphasis peregrinis verbis indiderunt &c.* In *Veteri* vero *Fœdere* non modo hinc inde legitimam suppeditat Originem vocum dubiarum; quæ, in defectu potissimum *Parallelismi*, non minimum genuinæ significationi affert

(a) Marc. 5, 41. (b) Act. 9, 36. (c) Marc. 3, 17.  
 (d) in *Grammat. ling. Orient. Præf. ad Lect.*

fert momentum. Sed & in vocibus maxime indigenis, subinde & formationi inseruit ac Constructioni. Prætereo, quæ a *Lud. de Dieu* (e) annotata sunt, Chaldaicos Scripturæ libros concernentia. Ex Syriasmus est, quando (·) ponitur loco (:·) sub litera **N** (f): & hæc, vna cum <sup>1</sup>, vocalem sibi subscribendam, in sedem remittit schva præcedentis (g). Nec aliunde cognoscitur terminatio Nominum pluralis <sup>1</sup>- (h): itemque media Geminorum in **N** mutata (i). In Constructione Syriasmum sapit **7**,  
A 5      Accu-

(e) l. c. & per totum Opus. (f) Vid. *Institut. Ebr.* §. 26. n. XVI. (g) l. c. §. 25. II. Obf. III. coll. cum *Syr.* §. 20. (h) conf. §. 27. l. 3. cum *Literat. Ebr.* §. 33. I. Obf. 6. Vid. *Ies.* 20, 4. *Iud.* 5, 15. (i) Conf. §. 35. I. Obf. cum *Literat. Ebr.* §. 45. I. Not. 2.

Accusatiuum indicans (k). Participium pro infinitiuo positum (l); & sæpius pro eodem, Futurum. Alia breuitatis amore prætereo. Quæ singula subinde animos studiosorum mouere debent, vt, vel Ebraicæ linguæ rectius cognoscendæ caussa adeant Syriacam. Horum desiderio satisfacturus, seorsim hæc edidi. Cum enim, me inter docendum ad certum Autorem prouocante, alius alium euolueret, ac spe sua toties frustrati, tædio tandem afficerentur: instabant ad vnum omnes, vt Præcepta cum Ebræis Chaldæisque harmonica quamprimum typis excrubi curarem, ipsis interea ab hoc studio cessantibus. Non potui non  
in

---

(k) Conf. §. 50. cum *Interpr. Ebr.* §. 198. l. 4. 7.  
(l) Conf. §. 63. cum *Interpr. Ebr.* §. 106. 212.

in illorum sententia acquiescere:  
 sed, vt Arabum fert sententia,  
*velut qui ignem accendat festinans.*  
 Ne enim diutius *mole strepitus au-*  
*diatur, farina non conspecta;* pro-  
 tinus admoui manum, *aquam affe-*  
*rens.* An *instar Sodde,* iudica Le-  
 ctor beneuole! Et, ne pro Sama-  
 ritanis addiscendis, noua Te cura  
 conficiat, loco Compendii Gram-  
 maticæ Samaritanæ, attende ad  
 seqq.

*Samaritani* vt plurimum *Chal-*  
*deo-Syrorum* formationem sequun-  
 tur, *Ebraorum* rarius. Quæ ho-  
 rum eligenda sit, externa vocis  
 facies haud difficulter determinat.  
 Vocalium loco, in casu dubio, sæ-  
 pe adhibent literas א ו א ת, perinde  
 vt reliqui, inprimis Rabbini. *Isto-*  
*rum*

rum itaque, vna cum Talmudistarum analogia præsupposita, *Horum* Scripta tuto adeas, obseruatis Characteribus seqq.

ח ה ז ו ז ה ז ט נ י כ פ א  
 ע ס ה נ מ ל כ י מ ט  
 ת א ש ר ק צ פ פ

Quos, donec familiares reddantur, in quacunque voce, aliquamdiu notioribus Ebræis exprime: mox, ad formam facilius determinandam, cum voce Ebræa, cui respondere debet, confer: & Onkelosi versione Chaldaica subinde in subsidium vocata, hoc modo, vt multi hactenus, age feliciter.

Dab. Jenæ, Nonis Martii,  
 An. cix dcc xic.

CAP.



C A P. I.  
DE LECTIONE.

§. I.

**S** *T*rorum literæ modo scribendi, Numero, Ordine, ac Potestate cum *Ebrais* conveniunt; Figura autem, & Nomine paululum differunt: juxta Schema sequens:

Fig.	Nom.	Potest.	Fig.	Nom.	Potest.
Ⲁ Ⲁ	Olaph	Ⲁ	ⲁ ⲁ	Lomad	ⲁ
Ⲃ Ⲃ	Beth	Ⲃ	ⲃ ⲃ	Mim	ⲃ
Ⲅ Ⲅ	Gomal	Ⲅ	ⲅ ⲅ	Nun	ⲅ
Ⲇ Ⲇ	Dolath	Ⲇ	ⲇ ⲇ	Semkath	ⲇ
Ⲉ Ⲉ	He	Ⲉ	ⲉ ⲉ	Ee	ⲉ
Ⲋ Ⲋ	VVau	Ⲋ	ⲋ ⲋ	Pe	ⲋ
Ⲍ Ⲍ	Sain	Ⲍ	ⲍ ⲍ	Zode	ⲍ
Ⲏ Ⲏ	Chet	Ⲏ	ⲏ ⲏ	Quoph	ⲏ
Ⲑ Ⲑ	Teth	Ⲑ	ⲑ ⲑ	Rifch	ⲑ
Ⲓ Ⲓ	Jud	Ⲓ	ⲓ ⲓ	Schin	ⲓ
Ⲕ Ⲕ	Coph	Ⲕ	ⲕ ⲕ	Tau	ⲕ

Obf.



Obs. 1. omnes a parte dextera *connecti* possunt, unde singulæ in basi lineæ virgulam accipiunt, ceu connectendi medium; &  $\zeta$  ac  $\zeta$  præterea manubrium aliquod, à summitate literæ oblique descendens ad reliquarum basin, hunc in modum  $\Delta$  (a)  $\Delta$  (b).

2. A sinistra cum subsequenti connectuntur pleræque: Solæ octo  $\text{זָוִיִּסוּן}$  &  $\zeta$  hic sunt *inconnexiles*. 3. *Connexiles* vèro in fine vocis basin inflectunt liberius.

§. 2. *Unius organi* (c) literæ, itemque *Quiescentes* (d) sæpe alternant inter se, vel in eadem lingua, vel in vocibus, ex *Ebraismo* derivandis.

In

(a) c. I, I.  $\text{כִּכְּוִן}$ . (b) Matth. 1, 18.  $\text{כִּכְּוִן}$   
 (c) pro  $\text{רִבְּוִן}$  rumor, dicitur Matth. 4, 24.  $\text{רִבְּוִן}$

pro  $\text{פִּיִּוִּן}$  Marc. 15, 20.  $\text{פִּיִּוִּן}$  spreverunt, pro  
 $\text{וּשְׁוִיִּוִּן}$  Samaritani

habent  $\text{ע}$ . Forte ex  $\text{אִרְוִן}$  factum  $\text{וּשְׁוִיִּוִּן}$  occurrit.

pro  $\text{כִּכְּוִן}$  est Luc. 5, 1.  $\text{כִּכְּוִן}$  congregavit, pro  
 $\text{שְׁוִיִּוִּן}$  Luc. 4, 25.  $\text{שְׁוִיִּוִּן}$  multum. (d) pro  $\text{שְׁוִיִּוִּן}$

dicunt Matth. 11, 23.  $\text{שְׁוִיִּוִּן}$  infernus, pro  $\text{פִּיִּוִּן}$   
 2 Tim.



In qua derivatione insuper

2. Syri voces Ebræas suas faciunt,  
(α) commutantes, ut Chaldæi, ו in ן  
(e), ה & נ in ם (f), ל in ן, ץ in ן (g)  
vel ז (h), ק in ן, ר in ן, & ש in ז (i),  
raro ן (k).

(β) Transponentes (l), vel detrahentes (m),  
aut

2 Tim. 1, 16. <sup>ן</sup>חֲסִיבָה erubuit. (e) pro ןבַּח est

Ebr. 9, 28. ןכִּסִּיבָה pro מְזַבַּח Matth. 5, vers. 23.

פְּכִּסִּיבָה, pro זְכָה Act. 11, vers. 9. ןכִּסִּיבָה

purificavit. (f) Pro אֶלְמִנָה Marc. 12, vers. 42.

ןוֹסְלָה Vid. Boch. Hier. Part. 1. l. 3. c. 1.

col. 717. l. 60. sqq. pro טָמֵן abscondidit, est

ןוֹסְלָה. (g) pro צַל rad. צַלל est Marc. 4, 32.

ןוֹסְלָה pro רוץ est Luc. 24, vers. 12. ןוֹסְלָה

currere. (h) pro צִאֵן est Matth. 26, vers. 31.

ןוֹסְלָה grex. (i) pro שֹׁבֵר est לָכֵן fregit.

pro שֹׁלֵשׁ est Matth. 12, 40. ןוֹסְלָה tres, (k) pro

קִישָׁר vinculum, est Act. 8, 23. ןוֹסְלָה.

(l) ex שַׁעַר porta, fit Matth. 16, 18. ןוֹסְלָה porta,

(m) ןוֹסְלָה unus, ex אֶחָד Jac. 3, 6. ןוֹסְלָה

ןוֹסְלָה

rota;

aut *adjicientes* (n) unam alteramque literam; modo ab initio, modo in medio, vel fine.

§. 3. Omnes sonum, sibi adscriptum, semper edunt, exceptis | (o) o (p) ו (q), quæ *vocalibus destituta quiescunt*, quælibet in vocali, motui suo cognata.

2. o & ו ferviles etiam post Scheva (\*)

§. 4.

*rota*; ex רֹתֵל, בֵּית *domus*, ex בֵּית (n) Vid.

§. 31. III. 5. §. 40. 41.

(o) | quacunque vocali præmissa, ut Act. 10, 22.

מַלְאֲכֵי ma-lá-cho. Matth. 10, 34. בָּנֵי

ni-the, veniet, Matth. 8, 34. לַרְעֵי lar-eh,

in occursum ejus. (p) inscriptio Matthæi


בְּרֵיתֵי co-ru-sútho. (q) Marc. 9, vers. 43.






אֲתֵיבֵי תַרְטֵנִי-דִּין, duæ ma-





nus (\*) *Affirmativa Verborum*, ac suffixum ו.







(r) Luc.

§. 4. Variabiles I. ratione *Figurae*, sunt

I. quinque *Finales* , quæ in fine vocis ita formantur



(x)  (u)  (t)  (s)  (r) 

2.  &  præcedente litera connexili, figuram suam invertunt, h. m.  (y)  (z).



3.  &  ita se in vicem accommodant, ut  non-connexum ante  non-finale deprimatur (a);  vero ante  erigatur (b).

II. ratione *Soni* variant.



I. 



(r) Luc. 4, 20.  (s) Ebr. 11, 21. 

(t)  (u)  (x) Matth. 21, 44.

 (y) Matth. 1, 6.  (z) vers. 3-

 (a) Jacob. 1, 5.

 (b) Matth. 1, 3. 

(Danz. *Aditus Syriac.*)  B  (c) Luc.

I.  $\bar{i}$  *medianum* ante (c) vel post  $\bar{i}$  (d), & in Participio Benoni Quiescentium secunda (e), effertur ut *Ind* Contra

2.  $\bar{a}$  ab initio vocis cum ( $\bar{\_}$ ) notatum, pronunciatur ut  $\bar{i}$  (f); h. e. quiescit, sola vocali pronunciata.

§. 5. Servilium numerum incurrit etiam? (g).

§. 6. Vocales agnoscunt tantum *quinque*: quarum unaquæque duplicem habet figuram, *antiquam* aliam, ex græcis inflexam vocalibus; aliam *recentiorem*, formatam ex punctis: juxta sequens schema,

$\bar{\_}$  Ptho-

- (c) Luc. 6, 48.  $\bar{m}$   $\bar{i}$   $\bar{j}$   $\bar{o}$   $\bar{a}$   $\bar{r}$   $\bar{e}$   $\bar{j}$   $\bar{o}$   $\bar{i}$   $\bar{n}$   $\bar{u}$   $\bar{n}$   $\bar{d}$   $\bar{a}$   $\bar{t}$   $\bar{i}$   $\bar{o}$  Me-lé-jo inundatio,  
 (d)  $\bar{i}$   $\bar{o}$  - jar. (e) Joh. 5, 22.  $\bar{d}$   $\bar{o}$  - jen.  
 (f) Act. 13, 33.  $\bar{i}$  - ledh - toch, genuit.  
 (g) Vid. §. 39.

ⲡ	Ptocho	Abraham	a
Ⲣ	Rvozo	Esaïas	e
Ⲥ	Chvozo sive	Isaac	i
Ⲧ	Skopho	Odem	o
Ⲩ	Ezozo	Urias	u

Obf. Figura antiqua spatio se accommodat, & modo infra literam ponitur, modo supra eandem; sed recentior situm, in schemate indicatum, constanter retinet.

§. 7. <sup>ⲓ</sup> semper præponitur o quiescenti, ac effertur per ⲡ; exceptis duabus vocibus  $\aleph$  &  $\aleph$ , in quibus pronunciatur ut (:).

§. 8. *Diphthongos* æmulari creduntur o & u, quælibet cum vocali præcedente, sibi heterogenea, coalescens.

§. 9. *Schwa* tantummodo simplex habent, sub omni littera Mobili non vocalizata subintellectum.

Quod *mouetur*, ac *quiescit* legibus, in Ebraismo receptis (h).

§. 10. Præter literas & vocales, occurrunt etiam *Kuschoi*, *Ruchoch*, *Ribui*, cum punctis quibusdam solitariis, & *Marhedono*, seu linea otii.

§. 11. I. *Kuschoi* est unicum punctum literis אֵ וֵ superne imponendum (i), conditionibus Ebraice positis, ad auferendam aspirationem.

## II. Quan-

(h) Matth. 1, 1. אֵתְּבֹהֶם *ketbó - bho.* Matth.

17, 23. וְנִשְׁמַע וְנִשְׁמַע וְנִשְׁמַע *Wenek - telú - noi.*

Act. 25, 27. מֵשְׁחֵרֵי נַחֲמֵן *Me - scha - deri - nan.*

(i) Raro apparet. Luc. 15, 13. בְּדָר (Chald. ܒܕܪ)

*badar*, non *bha - dhar*: Matth. 13, 48. ܩܒܝܘܢ

*ga - biv*, in Pael collegerunt. Joh. 11, 54. ܩܪܝܢܐ

*cár - co*, arx: Joh. 10, 19. ܩܘܠܘܟܝܢܐ *pol - gú - tho,*

*dissentus*


II. Quamquam *Dagesch forte* literam duplicans *Maronita* non habeant (\*): ejus tamen vicem super literas quidem אבגדז supplet *Kuschoi* (k); alias nonnunquam א (1), vel litera, quam *Dagesch* B 3 com-


dissensus Matth. 21, 19. אבגדז ti-to, ficus, ex אבגדז:


c. 13, 35. אבגדז eph-rach, aperiam. (\*) Quod enim signo *Duplicationis* destituantur, non tantum Georg Amira, & Gabriel Sionita, *Maronitæ* doctissimi, evincunt; dum ab omni geminatione sedulo abstinent. Sed & exempla ea, in quibus, geminatione analogice requisita, literam ipsam exhibent: cujusmodi præter citata infra ad (m) in omni *Ettaphal Perfectorum*, infra §. 31. l. ac in *Ethpeel Quiescentium* secundâ, §. 37. l. 3. Præterea *Kuschoi* etiam solas literas אבגדז afficit: cum *Dagesch F.*, exceptis *Gutturalibus*, omnes afficiat. Atque invenitur post *Schva* quiescens tantum, quum Forte, non nisi post vocalem locum inveniat.


(k) in *Paël* 1 Tim. 3, 12. אבגדז Wedha-bar, & rexit. *Eth-paal*, Act. 23, 1. אבגדז  
*Eth-da-bereth*, conversatus sum. In verbis אבגדז  
primâ



compenſare debebat (m).

§. 12. *Ruchoch* eſt unicum punctum, literis  inferne apponendum (n), quoties manent aspi-



primâ ablatâ, Matth. 18, 8.  *te-pel*, ca-



des, ex  coll. §. 31. III. 1. (β). In-


Geminantibus ſecundam; v. g. Ebr. 10, verſ. 22.  *belé-bo*, corde. Ubi Ebraice vel



Chaldaicè eſt Dageſch forte; ut Joh. 10, 32.  *ſcha-pi-re*, pulchra, ex 



(1) Luc. 4, 26.  *mulier* Chaldaice pro


 ex Ebr. אשה: Matth. 21, verſ. 1. 

 *ſuper*, pro Chald. . (m) ex

ſing.  *mare* Matth. 4, 13. fit Act. 4, 24.

 *maria*, ex  *populus*, Rom. 15, 10.

 *populi*. (n) Joh. 17, 12.  *Ebbadh*

periit, Act. 25, 12.  *beghan*, provoca-

tio. Act. 20, 37.  *bechó-tho*, fletus.

Matth.



aspiratæ. Id quod post Scheva mobile contingit, & vocalem quamcunque; nisi eam Chaldaice Dagesch forte sequitur.

§. 13. Puncta alia diacritica sunt vel *Solitaria*, vel *Socia*.

I. Punctum solitarium I. *superne collocatam*, præter vocales (v) (o) & (p), (p) quas olim designabat, notat vel


(α) primam Præteriti Singularis (q), aut

(β) primam Futuri utriusque numeri (r),  
vel

(γ) Participia Benoni (s), aut


B 4



(δ) ter-


Matth. 26, 70.  *kephar*, negavit. Figura *Ruchoch*, perinde ut figura *Kufchoi*, raro est expressa.

(o)  pro  *ille*. (p)

 pro  *illa*. (q) Matth. 3, vers. 17.

 *complacui*. (r) Matth. 16, 18.

 *ædificabo eam*, 1 Cor. 5, 8. 

faciemus. (s) Matth. 2, 9.  *abiens*.

(t) Matth.

(δ) tertiam sing. fœmininam, positum  
ad latus finistrum affirmativi ל (r).

*Infra literam positum*, præter vo-  
cales ן, ך & ם olim per id designa-  
tas (u), notat

(α) reliquas Præteriti (x) ac Futuri (y)  
personas, vel

(β) Im-

(t) Matth. 1, 18. **אֵלֶּיָּהּ** *inventa est.*

(u) e. g. Matth. 2, 5. **אֵלֶּיָּהּ** pro **אֵלֶּיָּהּ** illi  
**אֵלֶּיָּהּ** pro **אֵלֶּיָּהּ** illa, cum Ribui quo de II.

**אֵלֶּיָּהּ** pro **אֵלֶּיָּהּ** ipsa, **אֵלֶּיָּהּ** pro **אֵלֶּיָּהּ** ipse. (x)

Matth. 1, 24. **אֵלֶּיָּהּ** *præcepit*: c. 2, 9. **אֵלֶּיָּהּ**

*surrexit*, ibid. **אֵלֶּיָּהּ** *abierunt*. cap. 5, 21.

**אֵלֶּיָּהּ** *audivistis*. (y) Matth. 1, 20. **אֵלֶּיָּהּ**

*timebis*. c. 5, 13. **אֵלֶּיָּהּ** *projicietur*, 3. fœm. Eth-

peel, rad. **אֵלֶּיָּהּ** c. 2, 23. **אֵלֶּיָּהּ** *implebitur*. c. 1.

(β) Imperativum (z), & Infinitivum (a)

II. Puncta duo focia, collateraliter  
superne posita, Ribui dicuntur, &  
denotant

1. In nominibus pluralis numeri  
vel formam (b), vel significatio-  
nem (c).

2. In Verbis, foemina pluralis (d).

Obf. Ribui cadens in  $\dot{\text{z}}$ , alterum punctum  
amittit (e).

B 5 §. 14.

29.  $\text{قَابِلُونَ}$  vocabunt, c. 5, 20.  $\text{يَدْخُلُونَ}$

ingrediemini. (z) Matth. 2, 20.  $\text{سُور}$

surge: ibid.  $\text{اِي}$  & abi. (a) Matth. 10, 28.

$\text{يَقْتُلُونَ}$  interficere. (b) Matth. 2, vers. 4.

$\text{كَاهِنِينَ}$  sacerdotes. (c) c. 26, 31.  $\text{يَتَجِدُونَ}$

oves gregis ejus. (d) Pf. 68, vers. 10.

$\text{سَكَنُوا$  habitaverunt illo, Matth. 25, vers. 8.

$\text{اَعْطُوا$  date, ibid. vers. 9.  $\text{اَتِي$

ite, ex  $\text{اِي}$  abi,  $\text{اَتِي}$  emite &c. (e)

Matthe

§. 14. *Lineola*, transverse literæ subducta, *Occultans*, vel *Otii* dicta.

I. eam, cui subscribitur, vel in lectione planè occultat (f): vel

2. In Imperativis Passivis, quorum nec secunda, nec tertia quiescens est, secundam radicalem, per Scheva quiescens efferendam, indicat (g).

§. 15. *Syllaba* itidem vel *simplex* est, vel *Composita*, quæ fit mediante Scheva quiescenti.

§. 16. I. Syri *Tonus* plerumque habent in penultima (h).

Nifi

Matth. 2, 4. *فَصِيَا* *scriba*. (f) Matth. 27, 53.

*مَدْيِيَا* *Medhi-to*, civitas. (g) Marc. 11, 23.

*اِسْحَاكَا* *Esch-takl*, tollitor. Luc. 12, 19.

*اَلْبَسْمَا* *Eth-basm*, læta sis, 1 Pet. 1, 17.

*اَلدَّابُّو* *Eth-dabhr* gerite vos. (h) Matth. 11, 9.

*مَارَسَحِيوَا* *mar-schejo-ith*, clanculum.

(i) v. 22.

Nisi II. in Dissyllabicis, ubi (1) penultima simplici, *ultima composita* (i) *elevatur*: aut (2) *penultima constituitur ob præfixa.*

CAP. II.

DE MUTATIONE VOCALIVM.


§. 17.


I. **I** Ncremento finali ad vocem accedente, ordinarie istæ tantum vocales mutantur, quæ antea erant in Syllaba ultima.

2. Sed post quas Ebraice vel Chaldaice Dagesch F. imprimitur, istæ non mutantur (k), haud secus ac si in syllaba forent composita.

Obf. Pleræque Ebræorum Cautele hic positæ, obtinent.

§. 18.

(i) v. 22.  Me-dhém, illud. (k) Matth.

12, 4.  Chald. לכה ex לב

(1) ex



Obs. I. Etiam *Impuræ* (r) & (s) Substantivorum trium literarum, quorum media  $\cup$  fuerit vel  $\circ$  quiescens, in schwa corripuntur, media ista  $\cup$  vel  $\circ$  deinceps mota.

2. Ob Affirmativum fœmininum vocalis penultimæ retinetur (\*).

## §. 19.

*fnite eam*, coll. §. 30. III. 2. (y) (r) ex

$\text{רֹבֵד}$  *robur*, fit Act. 4, 33.  $\text{רֹבֵד}$  sic  $\text{רֹבֵד}$

*oculus*,  $\text{רֹבֵד}$  *lignum* &c. Sed  $\text{רֹבֵד}$

*malus*, facit Matth. 6, 13. 23.  $\text{רֹבֵד}$  Joh. 7, 7.

$\text{רֹבֵד}$  *mali*.  $\text{רֹבֵד}$  *rectus*, Joh. 5, 30.  $\text{רֹבֵד}$

(s) ex  $\text{רֹבֵד}$  Matth. 26, 55. fit Act. 20, 26.

$\text{רֹבֵד}$  *dies*, sic  $\text{רֹבֵד}$  *taurus*,  $\text{רֹבֵד}$

*mors*,  $\text{רֹבֵד}$  *terminus*,  $\text{רֹבֵד}$  *Gracia* &c.

Sed plura (s) retinent: ut Joh. 10, 1.  $\text{רֹבֵד}$

*locus* Matth. 5, 2.  $\text{רֹבֵד}$  *os suum* &c. item

$\text{רֹבֵד}$  *caput*, *princeps* &c. (\*) Matth. 25, 2.

$\text{רֹבֵד}$  *dixerunt*; ibid. vers. 9.  $\text{רֹבֵד}$  *ite*:

ibid:





3. in  $\overset{\text{a}}$ mutatur in Nominibus formæ  
 $\overset{\text{a}}{\text{ל}}\overset{\text{a}}{\text{ו}}\overset{\text{a}}{\text{ו}}$  (y), ac secunda plur. Imperat.  
 Peal (z).

§. 20. Gutturales  $\Delta \approx \sigma$  schva  
 simplex tam mobile, quam quie-  
 scens tolerant. Verum

*l nec sub se, nec sub præcedente li-  
 tera schva patitur, sed*

1. loco schva, sibi subscribendi, aut *lineam  
 otii accipit* (a) *aut vocalem*; in Verbis quidem,  
 & nominibus, origine græcis, communissime  
 (n) (b), alias fere (v) (c).

2. *præcedendi schvandæ suam vocalem,*  
 (præter  $\text{a}^*$ ) *concedit* (d); litera quiescenti, si  
 quæ

(y) Matth. 3, 7.  $\overset{\text{a}}{\text{ל}}\overset{\text{a}}{\text{ו}}\overset{\text{a}}{\text{ו}}$ . (z) Joh. 18, 31.

$\overset{\text{a}}{\text{ל}}\overset{\text{a}}{\text{ו}}\overset{\text{a}}{\text{ו}}$  accipite eum, (a)  $\overset{\text{a}}{\text{ל}}\overset{\text{a}}{\text{ו}}$  ego. (b)

$\overset{\text{v}}{\text{ל}}\overset{\text{v}}{\text{ו}}$  abiit. Matth. 3, 7.  $\overset{\text{v}}{\text{ל}}\overset{\text{v}}{\text{ו}}$   $\overset{\text{v}}{\text{ל}}\overset{\text{v}}{\text{ו}}$

progenies  $\text{עַלְמַדָּנָא}$  (c)  $\overset{\text{v}}{\text{ל}}\overset{\text{v}}{\text{ו}}$  Deus pro  $\overset{\text{v}}{\text{ל}}\overset{\text{v}}{\text{ו}}$

\* hinc 2 Cor. 11, 26.  $\overset{\text{v}}{\text{ל}}\overset{\text{v}}{\text{ו}}$   $\overset{\text{v}}{\text{ל}}\overset{\text{v}}{\text{ו}}$  in itineribus,

Math. 2, 12.  $\overset{\text{v}}{\text{ל}}\overset{\text{v}}{\text{ו}}$   $\overset{\text{v}}{\text{ל}}\overset{\text{v}}{\text{ו}}$   $\overset{\text{v}}{\text{ל}}\overset{\text{v}}{\text{ו}}$  per viam Luc. 5,

quæ sequitur, nihilominus in sede sua manente (e).

Obs. I. Sic quoque  $\cup$  respuit schva mobile, cuius loco adhibet ( $\pm$ ) (f), quod interdum fulcitur litera  $\uparrow$  præfixa (g); ad quam (h), ut & aliam servilem quamcunque (i) præpositam, vocalis ( $\pm$ ) retrogreditur.

2. Vocalis  $\uparrow$  ad primam schvandam remissa, non impedit, quo minus superinducta quæcunque Servilis \* eam vocalem pos-

17.  $\text{רַבֵּנִי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי}$  considera tamen Ebræorum  $\text{לְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי}$  Rubenite, Deut. 3, 12. Ios. 1, 12. &c. (d) Matth. 2, 1.  $\text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי}$  Luc. 7, 40.  $\text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי}$  quod dicam. (e) Matth. 17, 22.  $\text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי}$  (f) Matth. 23, vers. 2.  $\text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי}$  federunt. coll. §. 31. III. 1. (g) ex  $\text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי}$  manus, diceretur  $\text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי}$  §. 18. pro quo Act. 7, 50.  $\text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי}$  (h) Matth. 5, 30.  $\text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי}$  manus tua. (i) Matth. 2, 20.  $\text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי}$  qui natus est, pro  $\text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי}$  ad formam  $\text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי} \text{וְרַבֵּי}$  (\*)  
Essentia-



𐤀𐤏𐤋 <sup>o</sup>dedit, & 𐤀𐤏𐤋 <sup>o</sup>abit, iridem vocalem sibi adjiciendam rejiciunt in locum præcedentis schva, assumentes sibi lineolam otii.

§. 21. Accentuum, five Distinctionum indices in Syriacismo sunt (·) semicoli, (:) coli, (:.) interrogationis, (.—.) parentheseos, (::) vel (:·) aut (·) puncti. Qui tamen sæpe confunduntur, magis sensu, quam forma dignoscendi. In vocalibus vero nil mutant quicquam.

## CAP. III.

## DE NOMINE.

## §. 22.

**N**omen *Nudum* solis constat Radicalibus: *Auctum* vero his unam, vel plures ex literis 𐤀𐤏𐤋𐤏𐤏 apponit, vel ab initio, vel in fine, aut medio; vel inter initium & finem divisas.

## §. 23.

§. 23. *Composita Appellativa Syri* plura habent, quam Ebræi, subinde duas voces contrahentes in unam (m).

§. 24. Terminatione *Fæminina* sunt, quæ in ׀ atque ׀ Afformativa, itemque in ם vel ׀ origine græca desinunt: cætera sunt *Masculina*.

§. 25. *Motio* fit, quando Masculino ad *Fæmininum constituendum* additur ׀<sup>o</sup> (n).

C 2 §. 26.

formæ אֱלֹהִים (m) Matth. 13, 28. 39.

יָדוּן inimicus, ex אֱלֹהִים dominus;

& יָדוּן infamia. Rom. 1, 23. אֱלֹהִים homo,

ex אֱלֹהִים filius, & אֱלֹהִים homo. Matth. 4, 1.

אֱלֹהִים calumniator. Vid. Luc. 4, vers. 2. &

Dan. 3, 8. c. 6, 25. (n) ex אֱלֹהִים malus,

Matth. 27, 23. fit c. 6, 23. אֱלֹהִים mala, em-

phat,

§. 26. Pluralis fit I. e. Masculinis, addendo  $\leftarrow_x$  (o).

2. e Fæmininis adjecto  $\overset{\circ}{\leftarrow}$  (p).

Pro Duali vero adhibetur Pluralis, nomine numerali restringente adjecto (q).

Obs. 1. Quod  $\text{I}$  &  $\text{L}$  singularia, terminatione plurali superveniente, pereant, ex lingua Ebræa notum; ex Chaldæa vero quod desinentia in  $\text{L}^{\text{a}}$  (r) &  $\text{L}_x$  (s) abjecto in plurali  $\text{L}$ , literam antea quiescentem, vocali

phat, c. 9, 4.  $\text{כַּסְפִּים}$  malus. Ab  $\text{כַּסֵּף}$

Deus, fit Act. 19, 27.  $\text{אֱלֹהִים}$   $\text{אֱלֹהִים}$  Dea

illa magna. (o) Act. 19, 27.  $\text{מִשְׁבַּח}$

adorantes. (p) Matth. 25, 9. 11.  $\text{מְשַׁבְּחִים}$

dicentes. (q) cap. 4, 18.  $\text{אֲנִי וְאָחִי}$

duo fratres, c. 2, 16.  $\text{אֲנִי וְאָחִי}$  duo anni.

(r) Matth. 4, 8.  $\text{מַלְכוּתֵי}$  regna, ex

$\text{מַלְכוּתֵי}$  (s) Exod. 36, 29.  $\text{אֲנִי וְאָחִי}$  & Matth.

vocali quietis pereunte, faciant mobilem  
Sed

2. Desinentia in  $\text{ך}$  &  $\text{ם}$ , in Plurali  $\text{ך}$  &  $\text{ם}$   
abjectis pro  $\text{ך}$  adhibent  $\text{ם}$  (t).

3. Desinentia in  $\text{ך}$  vel  $\text{ם}$  origine græca,  
pluralem formant in  $\text{וֹ}$  vel  $\text{וֵ}$   
(u), etiam O ante  $\text{ו}$  in quibusdam pereun-  
te (x).

4. Irregulariter pluralem formant ( $\alpha$ )  $\text{יִ}$   
C 3 (y)

Matth. 6, 5.  $\text{אַנְּוִיִּם}$  anguli, ex sing.  $\text{אַנְּוִי}$ .

(t) Ex  $\text{יָלֵד}$  infans, 1 Cor. 14, vers. 20. fit in plur.

$\text{יָלֵדִים}$  (u) Ex  $\text{דִּיָּבָר}$  διαθήκη, fit Gal. 4, 24.

$\text{וְיָבֹרֵךְ}$  ex  $\text{בְּרָכָה}$  εὐλογία fit 2 Cor.

6, 4.  $\text{וְיָבֹרֵךְ}$ . (x) Ex  $\text{חַיִּים}$  ζώνη fit

$\text{חַיִּים}$  Angl. pro  $\text{חַיִּים}$ . (y) Ebr.

12, 9.  $\text{אֲנִי}$  1 Cor. 4, 15.  $\text{אֲנִי}$  Act. 2.

29.  $\text{אֲנִי}$  2 Tim. 1, 3.  $\text{אֲנִי}$  parres

mei.



(y)  $\text{לֹאִי}$  (z) &  $\text{לֹאִי}$  (a) quæ, cum Chal-  
 dæis, ante terminationem Pluralem inserunt  
 $\text{וִי}$ . Quod ex parte imitatur  $\text{יָדַי}$  manus,  
 pluralem præter  $\text{יָדַי}$  &  $\text{יָדַי}$  (b) formans  
 $\text{יָדַיִם}$  (c) ( $\beta$ )  $\text{אֵלִים}$  signum (d) plur. facit  
 $\text{אֵלִים}$ . ( $\gamma$ )  $\text{מִלְכֵי}$  natio, pl.  $\text{מִלְכֵי}$  (e). ( $\delta$ )  
 $\text{מִדְבָּרִים}$  locus pl.  $\text{מִדְבָּרִים}$  (f), ( $\epsilon$ )  $\text{אֲחֵי}$  soror,  
 plur.  $\text{אֲחֵי}$  (g), ( $\zeta$ )  $\text{לַיְלָה}$  nox, pl.  
 $\text{לַיְלָה}$

*mei.* (z) Marc. 10, 30.  $\text{אֲחֵי}$  *mares*, (a) Phil.  
 2, 9.  $\text{מִלְכֵי}$  Matth. 10, 2.  $\text{מִלְכֵי}$  *no-*  
*mina.* (b) hæc forma passim exstat, v. g. Marc.  
 14, 46. 58. Luc. 20, 19. c. 21, 12. 25. c. 22, 53.  
 (c) 1 Reg. 7, 32. (d) Luc. 21, 11. quasi ex  $\text{אֵלִים}$   
 juxta Obs. 1. ut Ebraice  $\text{אֲחֵי}$  qs. ex  $\text{אֲחֵי}$   
 (e) Luc. 2, 31. quasi ex  $\text{אֲחֵי}$ . (f) Luc.  
 14, 7. qs. ex  $\text{אֲחֵי}$ . (g) Matth. 13, 56. qs.  
 ex





لِإِصْبَاقٍ (h). (?) لِإِصْبَاقٍ ligamen pl.

لِإِصْبَاقٍ (i).

§. 27. Status Nominum triplex est: Absolutus, Constructus, & Emphaticus.

I. (1) Constructus mutat  $\text{ل}^{\circ}$  absoluti foem. in  $\text{ل}^{\text{v}}$  (k). (2)  $\text{ل}^{\circ}$  pluralis foem. in  $\text{ل}^{\circ}$  (l). ac

(3)  $\text{ل}^{\text{v}}$  vel  $\text{ل}^{\text{m}}$  masculinorum in  $\text{ل}^{\text{v}}$  (m).

C 4

II. Em-

ex  $\text{لِأَسْبَاقٍ}$ . (h) Matth. 4, 2. &c. Plura hujus formæ recenset Lud. de Dieu pag. 118. (i)

Jes. 58, 6. qs. ex  $\text{لِأَسْبَاقٍ}$  Vid. Obs. 1. (k)

ex  $\text{بِإِصْبَاقٍ}$  Eph. 1, 8. sapientia, fit 1 Cor. 1, 17.

$\text{بِإِصْبَاقٍ}$  sapientia verborum. (l)

Act. 12, 22.  $\text{فِي أَسْبَاقٍ}$  filia vocum, ex  $\text{فِي}$ .

(m) ex  $\text{فِي}$  filii est Matth. 10, 25. 36.

$\text{فِي أَسْبَاقٍ}$  filii dominus, i. e. domestici

(n) Ex

## II. *Emphaticus*, Nomini in Constructum flexo, adjicit in fine $\text{ל}^{\circ}$ (n).

Obs. 1. *Pluralia Masculina*, præter ea quæ in sing. desinunt in  $\text{ב}$  (o) vel  $\text{ן}$  (p) paucaque alia, scil.  $\text{מַיִם}$  aquæ,  $\text{בָּנִים}$  filii,  $\text{מַלְאֲכֵי}$  cæli, ac  $\text{שָׁנִים}$  anni, ex quiescentibus tertia formata, in Statu Emphatico mutant terminationem  $\text{ב}$ , Constructi, in  $\text{ן}$  (q).

2. De-

(n) Ex  $\text{לְבַבְךָ}$  Rom. 7, 3. fit Matth. 7, vers. 24.

$\text{מִן}$  ex  $\text{יָד}$  manus Matth. 1, 22. Act. 7, 50

$\text{אֲנִי}$  plur. Marc. 6, 43.  $\text{אֲנִי}$  vers. 31.  $\text{אֲנִי}$

Hebr. 13, 5.  $\text{אֲנִי}$  Feminin. ex  $\text{יָד}$

1 Cor. 1, 17. est Jac. 3, 13. 15. 17.  $\text{בִּינָה}$  sa-

piencia. Matth. 11, 19. Ex  $\text{בְּנָה}$  Act. 12, 22. fit c. 21,

9.  $\text{בְּנָה}$  filia. (o) Ex  $\text{בְּנָה}$  Act. 11,

24. fit Col. 4, 12.  $\text{בְּנָה}$  perfecti. (p)

$\text{בְּנָה}$  electus, 2 Tim. 2, 10.  $\text{בְּנָה}$  (q)

Act.

2. Definentia in  $\text{ך}$ , voce in *Emphaticum*,  
singularem (r), aut Genus *femininum* (s)  
*flexa*,  $\text{ך}$  mutant in  $\text{כ}$  mobile.

3. *Poly syllaba* in  $\text{כ}$ , ante Terminationem  
status *Emphatici* (r), *Generis* (u), ac *Numeri*  
(x), ordinarie inferunt  $\text{ך}$ .

C 5

4. De-

Act. 1, 16.  $\text{דְּבָרֵי}$  viri. (r)  $\text{דְּבָרֵי}$  dominus

Gal. 4, 1. facit Rom. 14, 9.  $\text{דְּבָרֵי}$  (s)  $\text{דְּבָרֵי}$

volens, Matth. 19, 21. facit c. 15, 28.  $\text{דְּבָרֵי}$

(t)  $\text{דְּבָרֵי}$  amplius, multus; Luc. 4, 25. facit

Deut. 3, 19.  $\text{דְּבָרֵי}$ . (u) Ebr. 5, 11.

$\text{דְּבָרֵי}$  copiosus est sermo; &

in alia forma Luc. 1, 18.  $\text{דְּבָרֵי}$

$\text{דְּבָרֵי}$  uxor mea provec̄ta est

diebus suis. (x) plur. mascul.  $\text{דְּבָרֵי}$

fœm.  $\text{דְּבָרֵי}$  Luc. 12, 47.  $\text{דְּבָרֵי}$   
multa.

4. Definentia in י<sup>o</sup> (y) (ex masc. י<sup>n</sup>)  
vel י<sup>o</sup> (z), Emphaticum fœminini singularis  
faciunt in יִאֲזַזְּ.

## CAP. IV.

## DE PRONOMINE.

## §. 28.

**P***ronomina separata Personalia*  
sunt:

1. יָנִי vel יַנִּי ego יֵנוּ nos, C.
2. M. אַיְתְּ tu, pl. אַיְתְּכֶם vos F.  
אֵינִי tu, pl. אֵינֶיכֶם vos.

3. M.

*multa.* (y) a יְלֵדָה puella, (unde 1 Tim.  
5, 2. יְלֵדָה puellae) ex יָלַד infans  
puer, est Luc. 8, 54. emph. יִאֲזַזְּ  
(z) ex יָמִין minister, Matth. 20,  
26. fit Rom. 16, 1. יִאֲזַזְּ ministra.

(a) Joh.

3. M.  $\text{אֵלֶּיךָ}$  vel  $\text{אֵלַי}$  *ille*, pl.  $\text{אֵלֵינוּ}$   
 vel  $\text{אֵלֵיכֶם}$  *illi*. Foem.  $\text{אֵלֶיךָ}$  vel  
 $\text{אֵלַי}$  *illa*, pl.  $\text{אֵלֵינוּ}$  vel  $\text{אֵלֵיכֶם}$  *illa* (β)  
 Quorum *Casus obliqui* conflantur,  
 ut Ebraice, ex Præfixo & Suffixo;  
 nisi quod *Genitivus* Dativo demum  
 præponat  $\text{לְ}$  (a).

Obs.  $\text{אֵלַי}$ ,  $\text{אֵלֶיךָ}$  atque  $\text{אֵלֵינוּ}$  vel  $\text{אֵלֵיכֶם}$  pro  
 Verbo Substantivo posita, aut plane pleona-  
 stica, cum præcedente voce coalescunt, sive

1. *Sola pronunciatione*; ut linea otii, pri-  
 mæ Pronominum literæ subducta, vocalis  
 ejus auferatur (b), quam solum  $\text{אֵלַי}$  retinet  
 (c),

(a) Joh. 4, 34.  $\text{אֵלַי}$  *mei*. Marc. 2, vers. 18.

$\text{אֵלֵיכֶם}$  *tui*. Rom. 1, 12.  $\text{אֵלֵיכֶם}$  *vestri* &c.

(b) Matth. 5, 18.  $\text{אֵלַי}$  *dicens ego*, i. e. dieo

1 Tim. 1, 5.  $\text{אֵלַי}$  *scha - rir - to*

*firma*

(c), quoties non præcesserit  $\overset{\vee}{\lrcorner}$  (d).

2. *Etiã scriptione*; ut prima priorum litera, una cum ultimo  $\lrcorner$  (sicubi est) vocis præcedentis, tollatur (e), in  $\overset{\vee}{\lrcorner}$  vero, vocali retenta, tantum  $\lrcorner$  præcedens (f). Quinimo

3. Quicumque priorum modorum in  $\overset{\text{a}}{\lrcorner}$  applicetur,  $\overset{\rho}$  ante  $\lrcorner$  vocis præcedentis ordinariè mutatur in ( $\overset{\vee}{\rho}$ ) (g).

§. 29.

*firma est.* (c) Luc. 16, 10.  $\overset{\text{a}}{\lrcorner}\overset{\vee}{\lrcorner}\overset{\vee}{\lrcorner}$

mehai - má - nu, *fidelis est.* (d) Vid. num. 3.

(e) Ephes. 3, 13.  $\overset{\rho}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}$  *petens ego*, vel

*peto.* Rom. 12, 1.  $\overset{\rho}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}$  *oro*, pro  $\overset{\rho}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}$

$\overset{\rho}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}$  Gal. 5, 3.  $\overset{\text{a}}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}$  *reus est*, pro  $\overset{\rho}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}$

$\overset{\text{a}}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}$  quod est Marc. 14, 64. (f) Gal. 3, 11.

$\overset{\rho}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}$  *manifestum est*, Alias  $\overset{\rho}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}$

pro  $\overset{\rho}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}$  quod est Rom. 1, 19. (g) Joh.

4, 24. Matth. 1, 21.  $\overset{\text{a}}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}$  cap. 2, 2.  $\overset{\rho}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}$

pro  $\overset{\text{a}}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}$  vel  $\overset{\rho}{\lrcorner}\overset{\rho}{\lrcorner}$ .

§. 29. *Demonstrativa* sunt  $\text{הַזֶּה}$   
*hic, iste*,  $\text{הַזֶּה}$  *hic, ipse*. *Fœm.*  $\text{הַזֶּה}$   
*hæc*. *Plur. Com.*  $\text{אֵלֶּיךָ}$  &  $\text{אֵלֶּיהֶם}$   
sequente plerumque  $\text{הַזֶּה}$ , *illi, illa*.

2. *Relativum* exprimit ordinariè  $\text{הַזֶּה}$ , inter-  
dum *Personale* tertiæ personæ,  $\text{הַזֶּה}$  vel præce-  
dente, vel sequente. *Relativi* antecedentis  
vicem sustinent  $\text{הַזֶּה}$  *ille, qui*, &  $\text{הַזֶּה}$   
*illud, quod*.

3. *Interrogativum* ( $\alpha$ ) *Personæ* exprimit  
 $\text{מִי}$  *quis, quæ?*  $\text{מִי}$  *quis, qualis?* *Fœm.*  
 $\text{מִי}$  *Com.*  $\text{מִי}$  *quinam, quænam?* ( $\beta$ )  
*Rei* vero  $\text{מַה}$ ,  $\text{מַה}$ ,  $\text{מַה}$  *quid?*

§. 30. *Suffixorum*, quæ in locum  
terminationis *Emphaticæ* ponun-  
tur, formatione *Ebraica* servata,  
sequens est schema:

*Fami-*

*Femininorum* utriusque numeri, ac  
*Masculinorum Singularium.*

1.	}	C.	meus, a.	}	noſter, a.
2.		M.	tuus, a.		veſter, a.
		F.	tuus, a.		veſter, a.
		Singularia.			Pluralia.
3.	}	M.	ejus, ſuus, a.	}	illorum.
		F.	ejus, ſuus, a.		illarum.

*Masculinorum Pluralium.*

1.	C.	mei, æ.	}	}	noſtri, æ.
2.	M.	tui, æ.			veſtri, æ.
2.	F.	tui, æ.			veſtri, æ.
3.	M.	ejus, fui, æ.			illorum.
3.	F.	ejus, fui, æ.	illarum.		
			Singularia.	Pluralia.	

*Annot. I. Nominum. 1.* Tria  $\text{أنا}$  (h),  $\text{أنت}$  (i) &

(h) Matth. 6, 9.  $\text{أبانا}$  Pater noſter, Marc. 5, 40.  $\text{أبنا بنت}$  pater ejus, ſcil. puella, vid. §. 51. n. 3. Joh. 8, 19.  $\text{أبنا}$  pater tuus, Matth. 5, 16.  $\text{أبنا}$  pater veſter, c. 4.





(i) &  $\text{אֲבִי}$  (k) ante Suffixa Singularium, pro puncto, alias requisito, assumunt  $\text{וֹ}$  (β) extra suffixum primæ personæ, ubi, cum nulla vocalis præmittenda sit, hoc quidem suum retinet (1), reliqua vero pro (v) vocis absolutæ adhibent (v) (m) (γ) pro  $\text{וֹ}$  affumunt  $\text{וֹ}$  (n).

2. Desinentia in  $\text{וֹ}$  pro Puncto suffixis præmittendo

c. 4, 21. 22.  $\text{אֲבִי הֵם}$  *Pater illorum.* (i) Rom.

14, 21.  $\text{אֲבִי}$  *frater noster,* Matth. 5, 23. 24.

$\text{אֲבִי}$  *frater tuus,* m. Ioh. 11, 23.  $\text{אֲבִי}$

*frater tuus* f. v. 2.  $\text{אֲבִי}$  *frater eius* f. v. 19.

$\text{אֲבִי}$  *frater illarum.* (k) Genes. 38, 13.

$\text{אֲבִי}$  *socer tuus,* f. v. 25.  $\text{אֲבִי}$

*socer eius,* f. (1)  $\text{אֲבִי}$  *socer meus.* (m) Matth.

8, 21.  $\text{אֲבִי}$  *pater meus* c. 12, 50.  $\text{אֲבִי}$  *frater*

*meus.* (n) Ebr. 12, 7.  $\text{אֲבִי}$  *pater eius.*

Marth. 22, 24. 25.  $\text{אֲבִי}$  *frater ejus.* Ioh.

18, 13.

mittendo postulant  $\text{ב}$ , littera præcedente, ut  
in statu Emphatico, punctata (o).

3. Participia cum Pronominibus primæ &  
secundæ personæ coalescunt, elisis non tantum  
prioribus Pronominum literis, sed & Plu-  
ralis Participiorum (p).

II. Particulis adjiciuntur Suffixa singulari-  
um. Sed

Obs. 1. Pluralium Suffixa assumunt  $\Delta$   
(pro  $\Psi$  Ebraeorum (q), ejusque Negativum  
 $\Delta$ ,

18, 13.  $\text{אביו}$  *socer ejus.* (o) ex  $\text{אביו}$

*puer, fit Matth. 8, 6. 8.*  $\text{אביו}$  *puer meus, emph.*

$\text{אביו}$  vid. §. 27. II. 2. (p) 1 Cor. 8, 8.  $\text{אביו}$

$\text{אביו}$  *comedentes nos præstantiores  
sumus. Phil. 1, 30.*  $\text{אביו}$  *audientes*

*vos. vid. Matth. 6, 47.*  $\text{אביו}$  (q)

Joh. 4, 9.  $\text{אביו}$  *sum,* Act. 17, 28.  $\text{אביו}$

*sumus nos. Matth. 28, 3.*  $\text{אביו}$  *existens ille.*

(r) Luc.

٤٤٢ (r) item ٤٤٢ inter (s), ٤٤٢  
 solum (t), ٤٤٢ circa (u), ٤٤٢ pro  
 loco (x), ٤٤٢ super (y) ٤٤٢ vel ٤٤٢ a, ad,  
 juxta (z), ٤٤٢ ante, coram (a), ٤٤٢ sub  
 ٤٤٢.

(r) Luc. 24, 6. ٤٤٢ non est ille. (s) c. 18,

II. ٤٤٢ intra se. (t) Luc. 10, 40.

٤٤٢ solum me. Matth. 4, vers. 9.

٤٤٢ solus ille. Marc. 9, vers. 2.

28. ٤٤٢ solos eos. (u)

Marc. 3, 32. ٤٤٢ circa ipsam. (x) c. 9,

40. ٤٤٢ pro vobis. Joh. 13, 38.

٤٤٢ pro me. (y) Matth. 3, vers. 16.

٤٤٢ super ipsum c. 11, 19. ٤٤٢

super vos. (z) 1 Theff. 3, 6. ٤٤٢

a vobis. (a) Matth. 6, 2. ٤٤٢ coram te,

(Danz. Aditus Syriae.)

D

c. 17.

2.  $\text{propter}$  (c) ordinarie, & nunquam etiam  $\text{inter}$  (d), ante suffixa Singularium assument terminationem pluralem scem.  $\text{L}^{\circ}$

III. In *Verbis* 1. Prima (e) ac tertia (f) singularis Præteritorum, item Personæ non crescentes Futuri (g), ut & Infinitivus (h), assument

c. 17, 2.  $\text{coram illis.}$  (b) Pl. 18.

48.  $\text{sub me.}$  (c) Marc. 10, vers. 29.

$\text{propter me.}$  (d) Matth. 21, 38.

$\text{intra se.}$  Marc. 9, 33.  $\text{inter vos,}$  (e) ex  $\text{fit Act. 23, 27.}$

$\text{servari eum.}$  vid. n. 6. (f) c. 7, 24.  $\text{occidit eum,}$  ex  $\text{fit Luc. 4, 1.}$

$\text{adduxit eum.}$  f. (g) Joh. 14, 3.  $\text{assumam}$

$\text{vos.}$  Act. 15, 38.  $\text{ut assumat eum.}$

Tit. 2, 14.  $\text{ut redimeret nos.}$  (h) Joh.

fumunt Suffixa Nominum singularium; nisi quod pro  $\text{א}$  dicatur  $\text{אָ}$  & in Futuris pro  $\text{ו}$  veniat  $\text{וֹ}$ , & pro  $\text{וּ}$  (i) saepe  $\text{וֹ}$ , nonnunquam,  $\text{וֹ}$  (k).

2. Afformativam quaedam mutantur, scil.

(α) Afformativum  $\text{וֹ}$ , Futurorum quidem quandoque amittit (l), Infinitivorum vero  $\text{וֹ}$  semper assumit (m).

D 2 (β) Fce

7, 19.  $\text{אֶתְּוֹכְחֶנּוּ}$  interficere me, vers. 20.

$\text{אֶתְּוֹכְחֶנּוּ}$  interficere te. (i) Matth. 1, vers.

19.  $\text{וַתִּשְׁכַּח$  ut detegeret eam. Matth.

10, 39.  $\text{וַתִּשְׁכַּח$  inveniet eam. Sed

Vid. Ebr. 9, vers. 26. (k) Luc. 20, vers. 14.

$\text{אֶתְּוֹכְחֶנּוּ}$  interficiamus eum, pro quo

Matth. 21, 38. Marc. 12, 7. &c.  $\text{אֶתְּוֹכְחֶנּוּ}$

(l) Matth. 8, 25.  $\text{אֶתְּוֹכְחֶנּוּ}$  ut excitarent

ipsum ex  $\text{אֶתְּוֹכְחֶנּוּ}$ . (m) ex  $\text{אֶתְּוֹכְחֶנּוּ}$

perdere, Marc. 3, 4. rad.  $\text{אֶתְּוֹכְחֶנּוּ}$  coll. §. 36. Obs.

2. fit

non-  
affi-  
ura-  
fin-  
cre-  
af-  
unt  
18.  
29.  
38.  
v  
p  
cci-  
xit  
am  
m.  
oh.  
9.



(β) Fœmininum (a) *tertiæ personæ* sing. Futurorum (n), ac pluralis Præteritorum (o), excidit; in quiescentibus tertia autem hic retentum, movetur per vocalem Suffixi (p), (b) *secundæ personæ* Præterit. (q) ac

2. fit Marc. 1, 24.  $\text{לֹא־אֶפְסְדוּ־אֵת־אֲנֹכֶם}$  ad perdendum nos, Luc. 19, 47.  $\text{אֵת־אֲנֹכֶם־אֶפְסְדוּ}$

perdere eum. ex  $\text{אֵת־אֲנֹכֶם־אֶפְסְדוּ}$  egredi, fit in Aphel Marc. 9, 28.  $\text{אֵת־אֲנֹכֶם־אֶפְסְדוּ}$  ejicere eum.

(n) ex  $\text{אֵת־אֲנֹכֶם־אֶפְסְדוּ}$  inveniet f. est Luc. 15, 8.

$\text{אֵת־אֲנֹכֶם־אֶפְסְדוּ}$  invenerit eum. Marc. 9, 22.

$\text{אֵת־אֲנֹכֶם־אֶפְסְדוּ}$  ut perdat f. eum Vid. Luc.

15, 8. simile exemplum in  $\text{אֵת־אֲנֹכֶם־אֶפְסְדוּ}$

it. præc. lit. (k). (o) Huc referunt 2 Sam. 22,

vers. 25.  $\text{אֵת־אֲנֹכֶם־אֶפְסְדוּ}$  conturbaverunt f. me, ex

$\text{אֵת־אֲנֹכֶם־אֶפְסְדוּ}$  Luc. 24, vers. 22.  $\text{אֵת־אֲנֹכֶם־אֶפְסְדוּ}$  obstupe-

fecerunt, f. nos. (p)  $\text{אֵת־אֲנֹכֶם־אֶפְסְדוּ}$  viderunt f. Luc. 2, 30.

fit c. 23, 55.  $\text{אֵת־אֲנֹכֶם־אֶפְסְדוּ}$  viderunt f. illud sc. sepul-

ac Imperativi (r) mutatur in  $\text{ב}$ .

(y) O accipit præmissum  $\text{א}$  (s); cui in Quiescentibus tertia, loco ultimæ, si hæc quidem perit, præmittitur  $\text{י}$  (t), raro O (u), vel coniunctim O  $\text{י}$  (x), vocali præcedente

D 3 ma

sepulchrum. (q) I Sam. 19, 17.  $\text{בַּיָּמִים הַהֵלֶךְ$

decepisti f. me. (r) Joh. 4, 21.  $\text{וְעַתָּה דֹּעֵךְ$

crede f. mihi. (s)  $\text{וַיִּשְׁמְעוּ וַיִּקְרְאוּ$  occiderunt

eum, Marc. 14, 44.  $\text{וַיִּשְׁמְעוּ וַיִּקְרְאוּ$  apprehendite

eum, (t) ex O  $\text{וַיִּשְׁמְעוּ$  viderunt Matth. 17, 8. est c. 2.

10. 11.  $\text{וַיִּשְׁמְעוּ$  viderunt eum, Joh. 20, 29.

$\text{וַיִּשְׁמְעוּ$  viderunt me. Matth. 2, 8. c. 22, 19.

$\text{וַיִּשְׁמְעוּ$  indicate, vel ostendite mihi. (u)

Pfal. 54, 3.  $\text{וַיִּשְׁמְעוּ$  quaesiverunt eam, in


Edit. Erp. (x) Act. 3, 9.  $\text{וַיִּשְׁמְעוּ$  vide-


runt eum, ap. Widman. & Trost. ut præcedens


in Paris.  $\text{וַיִּשְׁמְעוּ$  Gutb. alterum O omittit

(y) ab



manente, (²) autem in Schva correpto (y) & O Suffixi pereunte.


3. In Præterito secunda masc. singularis (z); ut & prima, atque secunda utriusque generis (a) ac tertia fœm. vel masc. Paragogica (b), plurales. (β) In Imperativo fœmininum plural. (c) (γ) In Futuro personæ infinitæ (d), Suffixa recipiunt h. m.  me,


(y) ab  adduxerunt, fit Luc. 22, 54.


 adduxerunt eum ap. Widmanst. &

Trost. Qui tamen ut Gutb. etiam h. l. Marc. 9, 20.


 Vid. I Chr. 11, 14. 


liberarunt eam. (z) Joh. 20, 15. 


sustulisti eum, ibid.  posuisti eum


(a) Act. 2, 23.  tradidistis

eum. Vid. Joh. 6, 36. c. 14, 7. Simile exemplum in

 De fœm. Amira formam exhibet

 &c. (b) Vid. Lud. de Dieu p. 364. seqq. (c) idem

p. 322. (d) Peal Marc. 10, 34. 

 interfici-

da (y)



(y) me, <sup>o</sup>te, m. <sup>o</sup>te, f. <sup>o</sup> & post

Servile quandoque <sup>o</sup>eum, <sup>o</sup>eam,

<sup>o</sup>nos. Et in Afformativum finita insu-  
per <sup>o</sup> & <sup>o</sup> (e).

4. Imperativus in secunda masc. sing. habet  
<sup>o</sup>me, <sup>o</sup>nos, <sup>o</sup>eum, <sup>o</sup>eam  
(f) &c.

D 4 5. Suffi-

interficiant eum. Luc. 5, 3. <sup>o</sup>ut

ducerent eam. Matth. 6, 1. <sup>o</sup>fa-

ciatis eam. Marc. 16, 7. <sup>o</sup>vide-

bitis eum. v. 1. <sup>o</sup>ungent. f.

eum. Pael Marc. 10, 34. <sup>o</sup>fla-

gellabunt eum. Aphel v. 33. <sup>o</sup>tra-

dent eum. (e) Matth. 24, 9. <sup>o</sup>inter-

ficiatis vos, &c. (f) Marc. 9, vers. 22.

<sup>o</sup>juva me, ex <sup>o</sup>v. 24. Luc.

18, vers. 7. <sup>o</sup>ne molestus sis mihi.

Marc. 15, 13. <sup>o</sup>crucifige eum. Vid.

Matth.

5. Suffixum tertiæ personæ plur. nunquam adhibetur; sed eius vices supplent Pronomina separata **إِنَّ** (g) & **إِنَّ** (h).

6. *Schva* mediæ radicalis *Peal* cum Suffixo Levi, redit in eam vocalem, e qua ortum est (i).

(β) <sup>v</sup> Affirmativi **ل** Quiescentium tertia (perinde ut vocalis *Imperativi* cujuslibet *Activi*) retinetur invariatum \*.

CAP.

Math. 14, 30. **سَأَصْرِفُكَ** *serva. me* Vocalis ultima omnium Conjugationum *Activi* retinetur. (g) Act. 7, 34.

**أَنْصَرِّفُكُمْ** *liberabo eos*, vid. Luc. 19, 27.

**أَنْصَرِّفَنَّكُمْ** (h) Joh. 2, 7. **صَلِّفَنَّ** *im-*

*plete eas.* (i) Vid. ad n. 1. Ex **صَلِّفَنَّ** *concepit*, rad.

**صَلِّفَنَّ** fit Pl. 51, 5. **صَلِّفَنَّ** *concepit me.* ex

**صَلِّفَنَّ** *peperit* L. 2, 7. rad. **صَلِّفَنَّ** fit Matth. 1, 25.

**صَلِّفَنَّ** *peperit eum.* Act. 13, vers. 33.

**صَلِّفَنَّ** *genui te*, ex **صَلِّفَنَّ** Phi-  
lem v. 10.

(\*) Luc.

CAP. V.

DE

VERBO PERFECTO.

§. 31.

**I**n *Verbo* eadem considerantur, quæ apud Chaldæos. In tribus istis *Classibus Passivum* ubivis Activo præponit 𐤀, & in tertia classe, cum Dagesch forte non habeant Syri, 𐤀 duplicant 𐤀𐤀, extra secundas Futuri personas, ubi 𐤀 Præformativum alterum 𐤀 expellit.

